

Joachim Schnobel

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Schnobelius,
I.U.D. & Professor Ad Exequias Quae ... Catharinae von Thienen/ Coniugi
desideratissimae A Marito viduo moestißimo Nicolao Wulffraden. Hodie ...
parabuntur, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitati**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419955>

Druck Freier  Zugang



Schnobel, J.

in Cath. v. Thien

vid. N. Wulffrad

Rostock 1643.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419955/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419955/phys_0002)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419955/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419955/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419955/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419955/phys_0004)



85

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
 Academiæ Rostochiensis
JOACHIMUS SCHNOBE-
LIEU S. I. U. D. & Professor,
Ad
Exequias
Que
Piissima & Honestissima Fæmina
CATHARINÆ
 von Lhienen /
 Conjugi desideratissimæ
A Mario viduo mastissimo.
NICOLAO Wulffraden.
Hodie mediâ primâ in templo Mariano
parabuntur,
 Omnes omnium ordinum Cives Academicos
 amicè & diligenter invitati.
— (O) —
ROSTOCHIÆ,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XLIII.

47



Uam nulli vel Pietati vel Generi
parcat lethi rabies in hominu^m vitas
& corpora semel emiss^a, tum quoti-
dianis exemplis, tum isto, quod ho-
die efferendum est, funere honestis-
simæ & pudicissimæ fœminæ CATHARINÆ
von Thienen abundè edocemur. Si enim Pieta-
tem ejus spectes vulgo satis cognitam, quā men-
tem DEO affixam perpetuò tenuit, ac sacra pu-
blica assiduè frequentavit, digna certè erat, quæ
diutiùs rebus hisce terrenis interesset, illarumq;
plagas & calamitates salubri ardentissimarum
precum remedio & vita Sanctitate lenitum &
mitigatum iret. Quò enim pauciores dantur,
qui hanc medelam vulnerum patriæ nostræ uni-
cam agnoscunt & reipsa amplectuntur, eò lon-
gius ævum precandum illis, qui melioris ingenij
e grege cæterorum eam sibi habent nocte dieq;
commendatissimam, eâq; non parum laxamen-
ti doloribus & miseriis, queis hac peste tempo-
rum affligitur, à summo Numinе impetrant &
consequuntur. Horum verò manibus morbo las-
satis ac ipsa demum morte enecis cùm nihil præ-

rerea

terea restet opis, quod remedio esse queat, quis
non videt in pejus cuncta ruitura, & spem salu-
tis omnem amoveri? Quemadmodum enim
Medentum arte manuq; cessante vulnerum gra-
viorum dolores non solum intenduntur, sed sa-
nie intus cumulata ac servente partibus vicinis
ac tandem corpori malum insanabile accersit;ur;
ita remiotis piis eorumq; precibus sublatis pub-
lica temporum calamitas ingravescit, curarum
materies densatur, & quod integrum adhuc erat
ac in spem auxilii relictum, unâ corripitur & ve-
lut enecatur. Qua de causa non immerito pru-
dentioribus frequentiora piorum funera suspe-
cta & imminentium calamitatum præfigia cer-
tissima videntur. Apparet enim Rectorem Uni-
versi sceleribus seculi irritatum & furore plenum
à nostra salute adeò aversum esse, ut nec piorum
preces ulterius audire & ferre velit. Hinc igitur
quid aliud quam mare quoddam malorum im-
mensum & ineluctabile, quod in degeneres effun-
datur promiscuè, vereri necesse habemus? Qui
metus & cogitationes animos nostros meritò
subeunt hoc tempore, quo antè nominatæ fœ-
minæ pietate & morum Sanctimoniam imprimis
conspicuæ è vivis sublatæ funus prosequendum.
Cui ut pro more solenni porrò honorem probi-
tati debitum exhibeamus, specialius ea quæ de

G 2

genere

Genere & vita ejus nobis sunt exposita & oblata,
recensebimus. Nata igitur est nostra piè defun-
cta CATHARINA von Thienen primo De-
cembris Anni M. DC. XVII. parentibus plerisq;
notis & ante paucos annos fato suo functis; Pa-
tre scilicet Viro Prudentissimo Dn. CHRISTI-
ANO von Thienen quondam hujus Civitatis Sena-
tore spectatissimo; Matre verò MARGARETA
Papken/ fœminâ honestissima, & matronalibus
insigniter dotata ornamentis. Avus ei paternus
fuit vir quondam præstantissimus & Integerri-
mus GYLIUS von Thienen Civis hujus urbis
primarius; Avia paterna fœmina lectissima BAR-
BARA Batten/ Viri Clarissimi & Experientis-
simi Dn. LEVINI BATTI, Medicinæ quon-
dam Doctoris & Professoris in hac Academia ce-
leberrimi soror. Avum maternum habuit NI-
COLAUM Papken Civem & mercatorem hu-
jus urbis antiquâ fide, moribus & industria præ-
stanter: Aviam maternam Geschen Schlorffes/
fœminam itidem virtute & moribus suo tempo-
re apprimè decoratā. His edita parentibus & avis
nostra piè defuncta cùm Christo servatori suo sa-
cra lotione consecrata & ipsius cœtui inserta
esset, Parentum monitis & educatione sedulâ ad
sanctitatem vitæ ab incunabulis animum appli-
cuit; omnemq; turpitudinem, qua proh dolor
nomen

nomen Christi inter nos à multis fœdissimè con-
spurcatur, extremè odisse & aversari cœpit ac per-
rexit. Quo ingenio & moribus cùm favorem bo-
norum facilè mereretur, accidit, ut anno ætatis
decimo octavo nuptias ejus Vir præstantissimus
NICOLAUS Wulffrad / Civis & cerevisarius
hujus urbis non postremus ambiret easq; fatis
annuentibus impetraret. Sic igitur felici copu-
lā dilectissimo marito suo juncta morum comi-
tate, obsequio & suavitate conjugiū illud, quod
octo duravit annos, adeò lætum reddidit & ama-
bile, ut nullo unquam tempore jurgiis aut liti-
bus alternis fuerit contaminatum. Ingens sanè
hæc est felicitas hominibus, si amor, qui semel u-
triusq; conjugis animos combinavit ac devin-
xit, tam constanter illos tenet, ut nullâ adversitate
aut molestiâ, quæ perpetua conjugij comes esse
solet, frigus aliquod contrahat aut minuatur.
Scilicet uti vasa semel firmiter compacta quem-
vis impetum facilè sustinent ac ferunt, ita conju-
gium, quod amore sincero fideliter ac solidè coa-
luit, nulla vi externa sic percellitur, ut ullibi rimis
fatiscat ac distrahat. Est yero munus hoc Spir-
itus S. supremi rectoris mentium & fontis amoris
unici, à quo cùm omnis concordia tum illa præ-
sertim conjugalis, qua D E U S hominesq; pari-
ter oblectantur, proficiscitur, & inter pios ad

G 3

dulcissi-

dulcissimum eurarum levamen conservatur. Beatus igitur imprimis videri potuit maritus tam dulci conjugis amplexu & jucundissima consuetudine ac cohabitatione. Verum ut omnia sunt humana & nihil perpetuum sub sole datum, ita ista beatitudine ultra octo annos illi frui non licuit. Proinde paucis ab hinc septimanis fatali manum injecerunt, ut asthmate quodam scorbutico correpta lecto affigeretur. Quod genus morbi cum subito vires sumeret maiores, ac vita insidiari videretur, deesse sibi noluit, quin animæ de cœlesti pabulo ad vitam æternam sufficeret in tempore prospiceretur. Accersito igitur Ecclesiæ ministro peccatorum pœnitentiam professa est, ab eodemq; non tantum remissionem illorum sibi annunciarum cum gaudio perceperit, sed & corpore ac sanguine Christi pastafuit. Hoc modo roborata, licet vires corporis vimorbi prosternerentur, animo tranquillo tamen quicquid doloris aut molestiæ reliquum erat, pertulit, vitamq; suam Christo Servatori suo precibus assiduis committens, ejusq; voluntatem exspectans, cum plena gudio cœlesti ac virtute melioris desiderio devotè intenta nihil nisi immortalitatem & cum D'EO ac cœlestibus permanentem consuetudinem meditaretur ac cogitaret,

ret, die hujus mensis decimo quinto circa horam
secundam pomeridianam pie placideq; obdormivit. Sic igitur pietatis suæ & erga pauperes
beneficentia fructum consecuta est uberrimum,
ut nunc superatis omnibus adversis in Cœlo vi-
etrix triumphet, ibiq; vera fruatur vita, quæ nec
paupertate fôrdescit, nec metu tabescit, nec pe-
riculis horrescit; quæ nec curis angitur, ne clâ-
boribus fatigatur, nec doloribus torquetur;
quam hostes non infestant, cupiditates non per-
turbant, mala non cruciant, sed gaudia sincera
omnem sensum & cogitationem humanam ex-
superantia sine fine exhilarant & oblectant.
Quamvis verò dubium non sit, quin relicto vi-
duo pro summo ejus erga ipsam amore maxi-
mum reliquerit mœrem & luctum, tamen ille
memor conditionis & fragilitatis humanæ non
nimium lugendo committet, ut mortalitatem
eius nescivisse, aut felicitati ejus, quâ nunc in
Cœlo fruitur, suæ commoditatis caussâ invidere
videatur. Cogitet DEO nos vivere & mori; nul-
lam mortem esse immaturam, quam vita proba-
antecessit; dulcissimam suam CATHARINAM
non amissam sed præmissam, non in valle mortis
interiisse, sed per illā in vallē Josaphati perpetuis
DEI laudibus resonantem ac amœnitatē Paradisi

ductu

ductu Sanctorum, Angelorum pervenisse. Qui
transitus ut & nobis, Cives Academicí, quondam,
prout fatalis ordo tulerit, pateat, nostræq; mor-
talitatis memoriâ ad cogitationem & curam fe-
licter hinc emigrandi & transeundi exsuscite-
mur, agite ad Exequias piè defunctæ hujus fa-
minæ, quæ in templo Divæ Virginis eihodie pa-
rabuntur, cohonestandas frequentes confluic-
& quod olim vobis ab aliis, id in gratiam mœstis-
simi vidui cæterorumq; cognatorum & affinium
officium humanitatis lubentes præstate. Id
quod vos officiosè sedulòq; rogamus ac mo-
nemus. P. P. Rostochij XIIIX. Martij

Anno M. DC. XLIII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419955/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419955/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419955/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419955/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419955/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419955/phys_0015)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419955/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419955/phys_0016)



ret, die hujus mensis decimo
secundam pomeridianam pi-
mivit. Sic igitur pietatis suae
beneficentiae fructum consecutus
ut nunc superatis omnibus a-
etrix triumphet, ibique vera fru-
paupertate sordescit, nec me-
riculis horrescit; quæ nec cu-
boribus fatigatur, nec dolere
quam hostes non infestant, cu-
turbant, mala non cruciant,
omnem sensum & cogitationem
superantia sine fine exhilarant.
Quamvis verò dubium non
duo pro summo ejus erga i-
mum reliquerit mœrorem &
memor conditionis & fragilitati
nimium lugendo committeret
ejus nescivisse, aut felicitati e-
Cœlo fruitur, suæ commodita-
videatur. Cogiter DEO nos v-
lam mortem esse immaturam
antecepsit; dulcissimam suam
non amissam sed præmissam, r-
interiisse, sed per illā in vallē J-
DEI laudibus resonantem ac a-



ca horam
ps obdor-
pauperes
rrimum,
Cœlo vi-
quæ nec
t, nec pe-
r, necla-
quetur;
non per-
sincera-
nam ex-
lectant.
elicto vi-
re maxi-
men ille
næ non-
alitatem
nunc in-
invidere
ori; nul-
a proba-
RINAM
em mortis
erpetuis
Paradisi
ductu

0342

Scan Reference Chart Tz263 Serial No.

Image Engineering